

Innocentius IV. papa, archiepiscopo Inesnen-
si, ut Swantopelkonem anathemate percelle-
ret, quod si anathematis penas ludibrio ha-
beret, auxilia principum adversus eum
imploraret

Nē hic hostis Dei, et fidei persecutor, abutens Chri-
stiani nominis dignitate, populum domini sic impu-
nē conterere gloriatur, fraternitatem vestram per A-
postolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus i-
psū et complures eius, infra quindecim dies post susce-
ptionem predictarum, quod à tanta penitus temeritate
desistant, sicut efficaciter poteritis, moneritis. Alioquin
ex tunc in eos excommunicationis sententiam, omni
occasione postposita, proferatis; quam singuli vestrum
in suis civitatibus et diocesis, singulis diebus Domi-
nicis et festivis, pulsatis campanis et candelis acen-
sis, publicatis, et publicari solemniter, et eosdem tan-
quam excommunicatos, usque ad satisfactionem con-
dignam, appellatione cessante, faciatis ab omnibus
arctius evitari. Ceterum si prefatus Dux, qui pro
multe impietatis caecis, sicut dicitur, excommuni-
catione ligatus, iam per octo annos claves contem-
psit ecclesia, ad inductionem vestram et predictorum
fratrum, à fidelium persecutione non duxerit desisten-
dum; vos contra ipsum, velut Christiani hostem
exercitus seculare brachium invocatis. Datum Lug-
duni Kal. Februarij anno secundo.

... de

... de